



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 16. Alii congressus ad conciliandam utramque partem instituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1439.

§. XV.

*Congregatio in domo Patriarchæ
pro unionis negotio habita.*

*Conc. Gener.
to 13. p 467.
& 474.*

Imperator causæ finem omnibus modis exoptans, transactis Paschalibus festis in domo Patriarchæ conventum egit huic quoque interveniebat Cardinalis Julianus, qui Græcos inducere conatus est, ut hætenus intermissas suas disputationes denuo repeterent. Ast Imperator huic Cardinalis consilio acquiescere nolens, ipse summum Pontificem adiit, & ex ejusdem consensu utrinque decem Doctores nominari petiit, qui conventus suos seorsim celebrarent, & quilibet eorum alterno ordine suam sententiam diceret, quodnam tandem opportunius consequendæ unionis medium videretur.

§. XVI.

Alii conventus ad conciliandam utraque partem habiti.

Ergo Bessarion in primo colloquio proposuit, Epistolam S. Maximi, quam Latini in sensu Græcis minus accepto interpretabantur, tam a Græcis, quam a Latinis absque omni explicatione omnino acceptandam esse. Postea Marcus Ephesinus, additionem Symbolo factam penitus

penitus expungendam enuntiavit. Alii ^{Sæcul. XV.}
 veluti normam præscribendam censue- ^{A. C. 1439.}
 runt professionem fidei a Patriarcha Ta-
 rasio editam, in qua Spiritum Sanctum
 a Patre per Filium procedere dicitur.
 Tandem in quinque conventibus hac su-
 per re habitis diversa proponebantur me-
 dia: nullum tamen utrique dissidentium
 parti probatum fuit.

§. XVII.

*Professio fidei Latinorum de Proce-
sione Spiritus Sancti.*

Postmodum Latini condiderunt profes-
 sionem fidei, in qua anathema dixe-
 runt adstruentibus duo principia, vel duas
 causas in sancta Trinitate, *Nos autem*
 inquit illi; *fatemur unum principium,*
Patris & Filii actionem, & productivam
potentiam, & non dicimus, Spiritum San-
ctum procedere etiam ex Filio, ut ex alto
principio & causa, sive quia Filius Spi-
ritum Sanctum primordialiter producat: u-
nam quippe novimus causam, & radicem &
fontem Deitatis, Patrem. Neque vero u-
nam dicimus personam Patris & Filii, quia
unicam asserimus actionem, hoc enim absur-
dum est, sed duas Hypostases dicimus, & u-
nam actionem, & unam virtutem producti-
vam, & unum quod producitur ex substan-
tia & hypostasi Patris & Filii. Idcirco
 E e 5 *etiam*